



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt CVII. Vilhovense Collegivm in Bavaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

SANCTAE CATHARINAE EGMUNDANUM Collegium, in d. Harlemensi, & alia  
Hollandiae collegia.

**E**Gmunda celebris est Hollandiae pagus à quo nobilissima Egmundanorum Comitum familia nomen habet. *Ioannes XX*, Egmundæ Dominus seu Toparcha, ibidem collegium sex Canoniorum anno 1451. instituit ubi & sepultus est anno eodem.

Huius Ioannis filius fuit *Arnoldus*, qui primus è familia Egmundana, factus est Dux Geldriae.

Fuit olim quoque celeberrima Egmundæ Benedictinorum Abbatia, Episcopatus Harlemensi post incorporata.

SANCTI NICOLAI COLLEGIVM  
*Iselsteinense.*

**C**ollegium istud octo Canoniorum crexit *Arnoldus Dominus* de Egmunda & Iselstein anno 1398.

HORSTENSE COLLEGIVM PROPE  
*Renen opidum.*

**C**ollegiū istud quatuor Canoniorum crexit *Ioannes de Arckel* Episcopus Vltraiectinus anno 1347.

VILHOVENSE COLLEGIVM IN BAVARIA:

**S**Ita est ista collegiata Ecclesia ad ostium  
Vilsi fluminis excurrentis in Danubium,  
in vrbe

in vrbe *Vilshouen*. Auentinus de fundatione huius collegij sic ferè scribit in Annalibus lib. septimo: *Circa annum millesimum trecentimum sexagesimum sextum Henricus Tuschl cum filio Schvitzhero duodecim mystarum Collegium in Vilshouen instituit, & sequenti anno XII. Kalendis Octobris deceffit.* Quod non omnino conuenit cum scriptura ad parietem chori ibidem affixa, quæ habet anno millesimo trecentesimo octogesimo octauo obiisse militem *Henricum*, dictum *Tuschl* fundatorem collegij in *Vilshouen*, quod *Schvvikherus* filius cõsummauit. Sic ferè *Hundius* in *Metropoli Salisburgensi*:

## CAPVT CVIII.

SANCTI VINCENTII COLLEGIUM  
*Gorcomiense & alia in Hollandia.*

**C**ollegium istud tredecim Canonico-  
rum fundauit *Otto* Dominus de *Artkel*  
anno millesimo trecentesimo septuagesimo  
octauo, odie duodecima Iunij. Ex his Canoni-  
cis decimus tertius est Collegij Decanus.

SANCTAE MARIAE COLLEGIUM  
*Hagense.*

**H**aga-Comitis est pagus *Hollandiæ*  
amplissimus, *Hollandiæ* Comitum o-  
lim sedes ac domicilium. In Palatio *Hagensi*  
N 2 colle-